



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Admodum Reverendo Atque D. Benedicto Blommaerts Monasterii B.  
Mariæ De S. Salvatore Abbatii Meritissimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

ADMODUM REVERENDO

ATQUE

AMPLISSIMO DOMINO

D. BENEDICTO  
BLOMMAERTS

MONASTERII B. MARIE

DE S. SALVATORE

ABBATI

MERITISSIMO.

**P**Rodire denuò in Lucem,  
AMPLISSIME DOMI-  
NE, opusculum hoc sub  
tuis auspiciis postulat, addam  
renasci. An exiguum fortè,  
quod offerimus, munusculum?  
fatemur, at modicis sæpè dele-  
ctandum. Affectum aspice:  
muneris non spernetur exigui-  
tas. Titulus hujus; *Fasti Maria-*

\* 3 nis

ni; atque utinam nos verè Mariani, essemus & fastis inscribendi. Id enim hic agitur, atque utinam peragatur, ut intelligant fideles, & serio cogitent, quod in illis, quæ hoc continentur libello, totius felicitatis non modo unius aut alterius, sed prorsus omnium mortalium cujuscunque sint conditionis vel status prora & puppis sit. Verum id esse vociferatur iterata diversis in locis editio, semper laudata, ac omnium votis expetita. Excipe igitur opusculum hoc maximum re, nec voluntate minimum amoris pignus eo, quo ex æquo, & candidus candido omnia interpretaris, animo: Liceatque hoc sub tui nominis patrocinio in publicum evulgari, sibique, cui jure debetur offerri & consecrari, cui Deus, superi, telus favent. Maximum re dixi.

Quid

Quid nō? Si nomen respicis, o-  
men reperies. Sin meditaris su-  
blimia, (sublimibus oculis as-  
pici & merito suo Flagitat) si-  
dera complectitur, sidus ali-  
quando, & Benedictus cum Be-  
nedito futurus. Sin Flores, ma-  
vis, apparuerunt, suos & cæ-  
lum habet. Tu plantasti, riga-  
sti, quos Superi tandem carpent.  
Profectò ex illo, quo inaugu-  
ratus es, tempore, dignitatis  
vestræ viridarium, non desuit  
Frondes, Flores, fructus ube-  
riores proferre, pro Religionis  
& Monasterii vestri gloria. Pe-  
dum Abbatiale, merces. Me-  
rito igitur hoc, AMPLISSI-  
ME DOMINE, Tibi contule-  
re Superi. Applaudimus mor-  
tales: precamurque habeas ju-  
gitur ad spirantem Favonium  
æternæ Spiritum veritatis: Sic-  
que valeas sine fine Flores ger-  
minare, quibus ver perpetuum,

\* 4

ut

ut ex iis corolla possit efformari, Sacris temporibus in æternis  
sæculis imponenda. Quod ex  
corde, animo, siineroque a-  
more vovemus, devovemus,  
Vale.

*Admodum Reverendæ*

*ac*

*Amplissimæ*

*D. T.*

*Devotissimus Cliens*

*HENRICUS AERTSENS.*

*SO-*